



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Artic. I. Quid, & quotuplex beneficium Ecclesiasticum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

corpus sub uno capite; secus, si singula subsint
suis superioribus sub Episcopo, vel immediatè sub
Papa. Ratio, quia non vovit obedientiam, nisi
in hoc conventu, Laym. l. c. num. 10. Vide etiam
Sanch. l. 7. mor. c. 32.

C A P. II.

De Status Clericorum.

Clerici generaliter dicuntur illi, qui sacris or-
dinibus vel prima saltem tonsura, sunt intiati.
Ad quorum statum cum multa pertineant, de
quibus alibi agendum, hic agemus de Beneficiis
Ecclesiasticis, Horis Canonicas & aliis paucis.

DUBIUM I.

De Beneficiis Ecclesiasticis.

ARTICVLVS I.

Quid, & quotuplex Beneficium Ecclesias-
ticum?

Resp. I. Beneficium Ecclesiasticum est jus per-
petuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiae,
propter officium aliquod spirituale, auctoritate
Ecclesiae constitutum. Ita Laym. l. 4. t. 2. c. 1. Less.
l. 2. c. 35. d. 1.

Dicitur I. ius perpetuum, ad excludendam Vi-
cariam, & Comendam temporalem; quæ non
sunt

sunt Beneficia , de quibus Canones loquuntur.

Dicitur II. *Propter officium*: quia in Beneficio duo jura à se mutuo separabilia distinguuntur. I. Est jus, seu potestas exercendi munera spiritualis, estque simpliciter spirituale. Alterum est jus percipiendi redditus Ecclesiasticos: quod est secundum se sit tempore, quatenus tantum fundatur in officio spirituali, eique annexum est, spiritualitatem aliquam participat.

Dicitur III. *Authoritate Ecclesia &c.* quia solum Prælati est, officia in Ecclesia instituere, eisque proventus Ecclesiasticos annexare, ipsorumque est dispicere, quot & qualibus ministris Ecclesia regat.

Resp. II. Beneficium dividitur I in Seculare, quod pro secularibus, & Regulare, quod pro regularibus est institutum. Unde sine dispensatione, nec seculare regulari. Nec contra consentaneum potest. Porro omne beneficium presumitur esse seculare, nisi probetur esse regulare, vel ex prima sua institutione, vel per possessionem pacificam 40. annorum: per eam anim ex seculari, fit regulare & contra.

II. Beneficium aliud est Duplex, aliud Simplex. Duplex dicitur, quod est cum administratione; ut Papatus, Episcopatus, & omnia, quae dicuntur dignitates, hoc est, quae habent præminentiam, cum jurisdictione in foro externo ut Præpositura, Decanatus, Archidiaconatus, Abbatia, sive secularis, sive regularis, Prioratus claustralis. Item personatus, qui eminentia in Ecclesia,

sive iurisdictione; v.g. **locus honorificus** in cho-
ro, in processionibus, suffragiis forendis, ut Can-
toria, & similes. Item **Beneficia** quæ dicuntur of-
ficia, habentque administrationem rerum Eccle-
siasticarum, sive iurisdictione; ut Custos, The-
sanarius: Primicerius, Archipresbyter. Deni-
que **Duplicia** dicuntur, **Beneficia curata**: hæc e-
nī omnia duplice onere, & cura constricta cen-
sentur, cum præter recitationem precum omni-
bus communem, habeant aliquam administra-
tionem, & eminentiam. **Simplicia** dicuntur,
quæ tantum sunt instituta ad officia divina ob-
eunda, neque administrationem, vel eminentiam
singularem habent; ut **Canonicatus**, sive secula-
res, sive regulares, **Capellaniæ**. v. Laym. l.c. & Leff.
l.2. c. 34. d. 2.

ARTICULUS II.

Quomodo acquirantur & conferan- tur **Beneficia**?

Resp. I. **Beneficia Ecclesiastica** uno ex tribus
modis, communiter acquiruntur. 1. Per electio-
nem, v.g. **Canonicorum**; vel etiam postulatio-
nem, (quæ est electio eius qui non erat de Capi-
tulo, vel de jure non erat capax) &c confirmatio-
nem superioris, si electum vel postulatum ido-
neum esse intelligat. 2. Per præsentationem
Patroni previam, & institutionem subsequam, à
Prælato Ecclesiæ factum, si præsentatus sit ido-
neus. Etsi vero Patronus præsentato jus ad
rena